



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 3. Carlomannus Attiniaci condemnatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis Colo. Sæculum IX.
niensis Sancto Petro Sacræ celebrata. A. C. 870.

Ceterum Ludovico Rege Germaniæ & Ann. Bert.
Carolo Rege vigesima octava Julii eo- 870.

dem anno octingentesimo septuagesimo
Lotharii regnum inter se partientibus
Civitates Coloniensis & Trevirensis Regi
Ludovico obtigerunt.

§. III.

Carlomannus Attiniaci condemnatur. ibid. Et to. 8.

Mense Majo ejusdem anni Carolus At- Conc. p. 1537
tiniaci Concilium triginta circiter p. 1841.

Episcoporum ex decem provinciis con-
vocaverat, cui Archiepiscopi sex, Hinc-
marus Remensis, Remigius Lugdunen-
sis, Harduicus Vestuntinus, Wulfadus
Bituricensis, Frotarius Burdegalensis &
Bertulfus Trevirensis, Episcopi ex sola
Provincia Remensi decem interfuerere.

In eo Concilio jubente patre lata est sen. Ann. Met.
tentia in filium Carlomannum, cui 870.

necdum pueritiam egresso Clericalem Hincm.
Tonsuram conferri voluerat, & exinde Opusc. 32.

se præsente ab Episcopo Meldensi Hil-
degario Diaconum ordinari coegerat.
Non nunquam etiam Diaconi officio in-
ter Missæ solemnia Evangelium recitans
functus fuerat, & complures Abbatias
a Rege patre acceperat. At ille rejecta
veste Ecclesiastica, quam invitus suscep-
perat, copias in agros deducere cœpit,
spo-

Sæculum IX. spoliare Ecclesias, & facinora antehac
A. C. 870. inaudita patrare. Tandem sæpius monitum Rex parens comprehendendi, & in hoc Concilio tanquam Clericum judicari jussit, cumque præterea læsa fidei atque seditionis in patrem & Regem reus deprehenderetur, Rex Abbatii privatum Silvanecti carceri mancipavit.

§. IV.

Hincmarus Laudunensis submittitur.

In eodem Concilio Attiniacensi Hincmarus Episcopus Laudunensis iterum tanquam Regi & Archiepiscopo suo Hincmaro Remensi refractarius accusatus est.

Sup. Lib. Cum duos libellos intra breve temporis
LII. §. 26. 22. spatium ad Regem misisset, in quos con-
Conc. Dux. gesserat multos Canones ad defenden-
2. c. 13. 2. c. 13. **Narrat. to. 8** dam causam & appellationem suam, vi-
Conc. p. 1837 tuperandum vero Archiepiscopum suum,
Hincm. ep. 35 Hincmarus Remensis respondit, edita
to. 2. p. 603. quinquaginta quinque capitulorum apo-
logia, quam in Concilio Attiniacensi le-
gendum obtulit. Tandem indulxit Rex,
ut Episcopus Laudunensis secundum ri-
gorem Judicii Ecclesiastici non habere-
tur, edixitque, satis fore, si dato chiro-
grapho Regi & Archiepiscopo obedien-
tiam promitteret.

Episcopo Laudunensi id recusante,
accedens ad eum Frotarius Archiepisco-
pus Burdegalensis, cum a Sessione Con-
cili